



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum prophetia sit naturalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

non solum fiunt ea quæ natura facere non potest, utpote illuminare cæcos, suscitare mortuos: sed et quæ natura facere potest, ut curare febricitantes. ergo p donum prophetiæ, non solum cognoscuntur ad quæ naturalis cognitio non potest attingere; sed et ad quæ naturalis cognitio attingere potest, cuiusmodi sunt conclusiones scientiarum, & sic videtur, quod de eis possit esse prophetia.

RESPON. Dicendum, quod in omnibus que sunt propter finem, materia determinatur secundum exigentiam finis, ut patet in 2. Phys. Donum autem prophetiæ datur ad utilitatem Ecclesiæ, ut patet in ad Cor. 12. Vñ omnia illa, quorum cognitio potest esse utilis ad salutem, sunt materia prophetiæ, siue sint præterita, siue futura, siue æterna, siue necessaria, siue contingentia. Illa uero, quæ ad salutem pertinere non possunt, sunt extranea a materia prophetiæ. unde Aug. dicit 2. super Gen. ad literam, quod quibus auctores nostri sciuerint cuius figuræ sit cælum; nisi per eos dicere noluit spiritus ueritatem, nisi quod prodest saluti. & Io. 6. dicit. Cum uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem, glo. salutis necessarium. Dico autem necessaria ad salutem, siue sint necessaria ad instructionem fidei, siue ad informationem morum. Multa autem quæ sunt in scientiis demonstrata ad hoc possunt esse utilia, ut pote intellectum esse incorruptibilem, & ea quæ in creaturis considerata in admirationem diuinæ sapientiæ & potestatis inducunt. unde & de his inuenimus in sacra scriptura fieri mentionem. Sciendum tamen, quod cum prophetia sit cognitio eorum, quæ sunt procul, non eodem modo se habet ad omnia prædicta. Quædam enim sunt procul a nostra notitia, ex parte ipsorum: quædam uero ex parte nostra. Ex parte quidem ipsorum sunt procul futura contingentia, quæ per hoc non cognoscuntur, quia ab esse deficiunt, cum nec in se sint, nec in suis causis determinentur. sed ex parte nostra sunt procul illa, in quorum cognitione accidit difficultas propter nostrum defectum, non propter ipsa, cum sint maxime cognoscibilia, & perfectissime entia: sicut res intelligibiles & præcipue æternæ. Quod autem competit alicui secundum se, uerius competit ei, quam quod competit sibi ratione alterius. uñ cum futura contingentia uerius sint procul a cognitione, quam quæ cumque alia, id præcipue ad prophetiam uidentur pertinere in tantum, quod quasi præcipua prophetiæ materia in definitione prophetiæ ponantur, in hoc quod dicitur prophetia est diuina inspiratio rerum euentus &c. Ex quo etiam nomen prophetiæ uideatur esse acceptum. uñ dicit Greg. super Ezech. quod cum ideo prophetia dicta sit, quod futura prædicat, quoniam de præterito vel presenti loquitur, rationem sui nominis amittit. Eorum uero quæ sunt procul ex parte nostra, est consideranda similiter quædam distinctio. Quædam enim sunt procul, utpote excedentia cognitionem alicuius hominis, non cognitionem humanam simpliciter, utpote quæ a Doctoribus per demonstrationem sciuntur: sed in docti naturali cognitione ad ea non perungunt: sed quæque eleuant ad ea reuelatione diuina. Et huiusmodi non sunt prophetabilia simpliciter: sed respectu hominis, & sic possunt habere prophetiæ conclusiones demonstrata in scientiis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod euentus rerum ponuntur in definitione prophetiæ, quasi materia maxime propria prophetiæ: non

autem ita quod sint tota prophetiæ materia. Et similiter dicendum ad secundum, quod ratione principalis sue materie prophetia signum proprie scientiæ dicitur.

AD TERTIUM dicendum, quod quamuis conclusiones scientiarum possunt fieri alio modo quam per prophetiam: non tamen est superfluum, ut lumine prophetiæ ostendantur, quia firmiter ad hæreticos prophetarum dictis per fidem, quam demonstrationibus scientiarum, & in hoc etiam Dei gratia commendatur, ut ipsius perfecta scientia ostendantur.

AD QUARTUM dicendum, quod cause naturales habent determinatos effectus, cum earum uirtutes sint finite: & limitatæ ad unum. & ideo quæ a diuersis causis naturalibus producuntur in esse secundum diuersum generationis modum, oportet esse specie diuersa: sed uirtus diuina cum sit infinita, potest producere eisdem effectus in speciebus opere natura, quos natura producit, unde non legitur, quod si ea quæ naturaliter cognoscuntur, diuinitus reuelentur, quod illi qui diuersimodo cognitionem accipiunt specie differant.

AD V. dicendum, quod licet prophetia interdum sit de his, quæ diuersis temporibus distinguuntur, interdum tamen est de illis que per se tempus sunt uera.

AD VI. dicendum, quod Rabbi Moyses non intelligit quin de his, que per demonstrationem sciuntur, possit fieri reuelatio prophetiæ: sed quæ quo per demonstrationem sciuntur, non differant ab his habeatur prophetia non.

ARTICULVS III. Vtrum prophetia sit naturalis.

TERTIO queritur, utrum prophetia sit naturalis. Et uidetur quod sic, potior enim est cognitio uigilantis, quam dormientis: sed dormientis naturaliter contingit, ut futura prævideat: sicut patet in diuinationibus somniorum: ergo multo uertius in uigilando aliqui naturaliter possunt futura præuidere: hoc autem est prophetiæ officium. Ergo aliquis naturaliter potest esse propheta, sed dicitur, quod uigilantis cognitio est potior quantum ad iudicium: sed dormientis quantum ad receptionem. Sed contra, secundum hoc uis cognoscenda potest de aliquo iudicare, quod ipse eius recipere iudicium: sed dormientis sequitur, ergo non est potior receptio, est etiam perfectius iudicium, & sic si dormiens est potior in recipiendo, debet esse potior in iudicando.

Præ. Intellectus non ligatur somno, nisi per accidens. In quantum dependet a sensu, sed iudicium intellectus non dependet a sensu, cum intellectus operatio secundum hoc a sensibus dependeat quod a sensibus accipit: iudicium autem est post acceptionem. ergo intellectus iudicium non est ligatus in somno, & ita uñ distinctio posita nulla est.

Præ. Illud quod conuenit alicui ex hoc ipso, quod ab alio separatur, conuenit ei secundum naturam suam, sicut ex hoc ipso quod ferrum a robore separatur, accidit ei claritas, que est ei naturalis: sed ex hoc ipso quod anima a sensibus corporis abstrahitur, competit ei futura præuidere, ut Aug. ostendit 12. super Gen. ad literam multis exemplis. ergo uidetur quod præuidere futura, sit ipsi anime humanae naturale, & sic idem quod prius.

Præ. Greg. in 4. Dialogorum dicit, quod ipsa animalis uis subtilitate sua aliquid potest liquando animarum uis subtilitate sua aliquid potest detrahere, aliquid uero animæ exituræ de corpore per reuelationem uentura cognoscunt: sed illa quæ potest anima inspicere ex sua subtilitate naturaliter, inspicit ergo

Com. 28. & sequit. 1. 2.

Ca. 9. parti a prim. com. 3.

Glo. interlinearis ibid.

Hom. 1. E. sec. 1. prim.

ergo animã naturaliter futura cognoscere potest, & sic naturaliter habere prophetiam, quã præcipue in futurorũ præcognitione consistit. sed dicebas, q̃ futura quã anima naturali cognitione prævidet, sunt illa, quã habent causas determinatas in natura: sed prophetia est de aliis futuris.

¶ 6 Sed contra. Ea quẽ dependent ex lib. arb. non habent determinatas causas in natura: sed ea quã anima ex sua subtilitate prævidet, omnino ex lib. arbit. dependent; sicut patet per exemplum Greg. qui ibi ponit de quodam, qui cũ infirmaret, & esset dispositũ de eius sepultura in quadã Ecclesia, mortu appropinquans surrexit, & se induẽs prædixit se velle ire per viam appiam ad Ecclesiam S. Sixti. Cumq; post modicũ defunctus esset, q̃ longum erat iter ubi sepeliri debebat, repẽte orto cõsilio exeuntes ei eius funere p̃ viã appiam, nescientes qd̃ ipse dixit, in Ecclesia S. Sixti eum posuerũt, quod tũ vt Greg. subiungit. prædicere non potuit nisi id quod futurum erat eius corpori, ipsã vis anime ac subtilitas prævidisset. ergo illa futura quẽ ex naturalibus causis non dependent possunt naturaliter ab homine prævideri, & sic idem quod prius.

¶ 7 Præt. Ex causis naturalibus non p̃t accipi significatio sup̃ ea, q̃ naturaliter non sũt: sed Astrologi accipiunt significaciones super prophetiã ex motib. corporũ cælestiũ. ergo prophetia est naturalis.

¶ 8 Præt. Philosophi in scientia naturali non determinerũt, nisi de his quã naturaliter possunt accidere, determinavit autem Anic. in li. 6. de Naturalibus de prophetia. ergo &c.

¶ 9 Præt. Ad prophetiam non requiruntur, nisi tria. scilicet claritas intelligentiã, & perfectio virtutis imaginariã, & potestas anime ut ei materia exterior obediat, ut Anic. ponit in 6. de Naturalibus: sed hæc tria p̃t accedere naturaliter. ergo naturaliter p̃t aliquis propheta esse. sed dicebas quod naturaliter p̃t intellectus, & imaginatio perfici ad p̃cognitionẽ futura naturalia: sed de his nõ est p̃phetia.

¶ 10 Sed contra. Ea quẽ dependent ex causis inferioribus, dicuntur esse naturalia: sed Isa. prævidit & prædixit Ezechiam fore moriturum, Ila. 34. & hoc secundum rationes inferiores, ut per glossã ibidem habetur. ergo p̃cognitio naturalium futurorum est prophetia.

¶ 11 Præt. Divina p̃videntia reb. in esse productis tribuit, ut in se habeant ea, sine quibus in esse seruari nõ possunt. sicut in humano corpore posuit mēbra quib. sumitur & decoquitur cib sine quo mortalis vita non conservatur: sed humanũ genus nõ p̃t sine societate conservari, unus. n. hõ non sufficit sibi in necessarijs ad uitam. vnde naturaliter est animal politicum, vt d̃r Eth. 4. Societas autem cõservari non potest sine iustitia, iustitiã vero regula est prophetia. ergo naturã humanã est inditum, vt ad p̃phetiã naturaliter homo pervenire possit.

¶ 12 Præt. In quolibet genere invenitur illud qd̃ est perfectissimum in genere illo: sed perfectissimum in genere hominum est propheta, quia secũdum id quod est in homine potius intellectum, alios transcendit. ergo naturaliter potest homo ad prophetiam pervenire.

¶ 14 Præt. Plus distant proprietates Dei a proprietatib. creaturarum, quã proprietates rerum futurarum a reb. presentib. sed naturali cognitione hõ per proprietates creaturarum in cognitionẽ Dei pervenire p̃t, Rom. 1. Inuisibilia &c. ergo & naturaliter ex his quã sunt, hõ p̃t in cognitionẽ futurorũ p̃venire, & sic naturaliter p̃t esse propheta.

**A** Sed dicendum, q̃ quis Deus magis distet in essendo: tamen futura magis distant in cognoscendo.

¶ 14 Sed cõtra. Eadẽ sunt principia essendi, & cognoscendi. ergo illud qd̃ est magis distans s̃m esse, est etiam magis distans secũdum cognitionẽ.

¶ 15 Præt. Aug. i. li. de Libero arbit. distinguit tria genera bonorum. s. parũ, magnum, & medium: sed prophetia nõ computatur inter parva bona, quia hmõi sunt bona corporalia, nec iterum inter bona maxima, quã hmõi sunt quib. recte vivitur, & quibus nullus abuti potest, quẽ prophetiã cõpetere non videntur. ergo restat quod prophetia ad media bona pertineat, quã sunt bona naturalia animã, & sic videtur quod sit naturalis.

¶ 16 Præt. Boetius dicit in li. de Duabus naturis, q̃ vno modo natura dicitur omne illud quod potest agere vel pati; sed ad hoc quod aliquis sit propheta, requiritur quedã spiritualis passio, s. receptio luminis prophetici, vt supra dictum est. ergo videtur quod prophetia sit naturalis.

¶ 17 Præt. Si agenti naturale est agere, & patienti naturale pati, oportet q̃ passio sit naturalis: sed ipsi Deo naturale est, quod perfectionem prophetiã hominibus infundat; quia ipse secundum suã naturam bonus est, & bono naturalis est sua communicatio; similiter etiam humane menti naturale est quod a Deo recipiat, cum eius natura nõ consistat nisi ex his quẽ a Deo recipit. ergo prophetiã susceptio est naturalis.

¶ 18 Præt. Cuilibet potentiã naturali passivã respondet aliqua naturalis activa potentiã: sed in anima humana est naturalis potentiã ad recipiẽdum lumẽ p̃phetiã. ergo est et̃ aliqua potentiã naturalis activa, p̃ quam aliq̃s in actum prophetiã adducit, & ita videtur quod aliqua prophetia sit naturalis.

¶ 19 Præt. Homo naturaliter est p̃fectioris cognitionis, quam alia animalia: sed quedã alia animalia naturaliter sunt p̃fectiora eorum futurorũ, quã ad ea maxime pertinent, sicut patet de formicis quã p̃sciunt pluvias futuras. Et pisces etiã quidam præannuntiant tempestates futuras. ergo etiã homo debet naturaliter esse p̃sciens eorum quẽ ad ipsum pertinent, & sic videtur quod homo naturaliter possit esse propheta.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. Petri 2. Non voluntate humana &c.

¶ 2 Præt. Illud quod dep̃det ex eã extrinseca, non ṽt esse naturale; sed p̃phetia dep̃det ex eã extrinseca, quia. s. prophetia in speculo æternitatis legitur. ergo videtur quod prophetia non sit naturalis.

¶ 3 Præt. Illa q̃ insunt nobis naturaliter sunt i potestate ñra: sed in p̃tate prophetiã non erat habere spiritum p̃dicendi futura, vt patet per glo. 2. Petri. super illud, Habemus firmiorẽ prophetiã sermonem &c. ergo prophetia non est naturalis.

¶ 4 Præt. Ea quã sunt naturalia, sunt ut in pluribus: sed prophetia est in valde paucis. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod aliquid dicitur naturale dupliciter. Vno modo, quia eius principium actuum est natura: sicut naturale est igni ferri sursum. Alio modo quia natura est principium dispositionum ipsius non quarumlibet, sed earum quẽ sunt necessariã ad talem perfectionẽ: sicut d̃r qd̃ in fusio aiã rõnalis est naturalis, in quantum per operationẽ naturã corpus efficit dispositũ dispositione, quã est necessitans ad animã susceptionẽ. Fuit igitur opinio quorundam, quod prophetia esset naturalis primo modo: quia dicebant animã habere in se vim quandã divinationis, vt

li. 2. c. 8. & 19. c. 2.

Non p̃cedit a prin. lib.

Ar. i. huius quest.

4. in 1. q. 6.

4. in 2. q. 1. p. 1. q. 1.

Super illud dicitur de materia.

li. 2. c. 1. p. 1. q. 1.

li. 2. c. 1. p. 1. q. 1.

ut Aug. narrat 12. super Genes. ad litteram. sed hoc ipse ibidem improbat, quia si hoc esset, tunc in potestate haberet anima quicunque vellet futura præcognoscere, quod manifeste apparet esse falsum. Et præterea hoc apparet esse falsum, quia natura mentis humana nullius cognitionis naturaliter potest esse principium, in qua non possit peruenire per principia per se nota, quæ sunt prima instrumenta intellectus agentis, ex quibus principia in cognitione futurorum contingentium perueniri non potest, nisi forte per inspectionem aliquorum signorum naturalium: sicut medicus præcognoscit sanitatem vel mortem futuram, vel Astrologus temperatam vel serenitatem. Talis autem rem futurorum cognitio, non dicitur esse diuinationis vel prophetiæ: sed magis artis. Vnde alij dixerunt, quod prophetia est naturalis secundo modo; quia. futura ad talem dispositionem potest hominem perducere, quod erit in necessitate ad recipiendum per actionem aliquam superioris causæ præscientiæ futurorum. Quæ quidem opinio est vera de quadam prophetia, non autem de illa quæ inter dona Spiritus sancti ab Apostolo computatur. Vnde ad eandem distinctionem habendam sciendum est, quod futura contingentia in duobus præexistunt antequam sint, scilicet in præscientia diuina, & in causis creatis, quarum uirtute futura illa educuntur in esse. In his autem duobus, futura præexistunt diuersimode quantum ad duo, primo, quantum ad hoc, quod omnia quæ præexistunt in causis creatis, præexistunt et in diuina præscientia: sed non e converso, cum quorundam futurorum rationes Deus in se retinuerit rebus creatis eas non infundendo: sicut eorum, quæ miraculose fiunt sola diuina uirtute, ut Aug. dicit super Genes. ad litteram. Secundo quantum ad hoc quod futura quædam præexistunt in causis creatis mobiliter, eo quod uirtus causæ quæ est ordinata ad talem effectum inducendum potest aliquo euentu impediri: sed in diuina præscientia omnia futura sunt immobiliter, quia futura subditur diuina præscientia, non solum secundum ordinem causarum suarum ad ipsa: sed et secundum exitum ordinis vel euentuum. Præcognitio igitur futurorum potest causari in mente humana dupliciter. Vno modo, ex hoc quod futura præexistunt in mente diuina, & secundum hoc prophetia donum Spiritus sancti ponitur, & hæc non est naturalis. Illa, namque quæ sunt diuinitus sine causis naturalibus mediis, non dicitur esse naturalis: sed miraculosa: huiusmodi autem futurorum reuelatio fit absque mediis causis naturalibus, cum non hoc modo reuelentur prout rationes futurorum sunt in causis creatis: sed prout sunt in mente diuina, a qua deriuantur in mente propheta. Alio modo ex uirtute causarum creatarum, prout scilicet in uirtute imaginatiuam humanam potest aliquid motus fieri, ex uirtute celestium corporum, in quibus præexistunt quedam signa futurorum quorundam. Et secundum hoc quod intellectus humanus ex illuminatione intellectuum separatorum, ut pote inferior, natus est instrui & ad alia cognoscenda eleuari, & hæc prophetia modo prædicto potest dici naturalis. Differt autem hæc prophetia naturalis ab ea, de qua nunc loquimur, in tribus. Primo in hoc quod futurorum præuisionem habet immediate a Deo illa, de qua loquimur, quæ angelus possit esse minister, prout agit in uirtute diuini luminis; naturalis uero ex propria actione causarum secundarum. Secundo in hoc quod prophetia naturalis non se extendit, nisi ad illa futura, quæ habent causas determinatas in natura: sed prophetia de qua loquimur, indifferenter se habet ad omnia. Item in hoc quod naturalis prophetia non infallibiliter prouidet: sed si-

cut prædicantur illa, quæ sunt uera, ut in maiori parte: prophetia uero, quæ est Spiritus sancti donum præuider infallibiliter. unde dicitur esse diuina præscientia si gnum: quia secundum illam infallibilitatem prouidet, in qua futura sunt a Deo præscita. Et hæc triplex differentia in definitione Cassiodori notari potest. prima, in maiori hoc quod dicitur diuina, scilicet in hoc quod dicitur generaliter rerum euentus. tertia in hoc quod dicitur, in mobili ueritate denuntiatis. Sed quantum ad hoc quod prophetia est de rebus necessariis, uel de scibilibus, manet duplex differentia. prima, de secunda: quia per prophetiam naturalem non accipit homo immediate a Deo cognitionem illorum scibilibus: sed mediantibus causis secundis & per operationem causarum secundarum in sua uirtute naturali agentium. Nec iterum talis cognitio ad omnia necessaria se extendit, sed solum ad illa, quæ potest esse nota per prima principia, quæ ultra illa uirtutis humanis intellectus agens non se extendit, nec casualiter in alia eleuat, sicut prophetia diuina eleuat in quadam, quæ sunt supra naturalem cognitionem, uel potest esse triplex & uirtus, & alia huiusmodi. Sed tertia differentia remouetur in hac materia, quia utraque prophetia ita immobiliter & certissime incit scire huiusmodi scibilia necessaria, sicut dicitur per principia demonstrationis. Per prophetiam autem utramque eleuatur mens hominis, ut quodammodo conformiter substantiis separatis intelligat quæ sicut principia ita & conclusiones simpliciter inueniuntur, sine deductione unius ex altero certissime uident. Utraque est prophetia differt a somno & uisione, ut somnium dicamus apparitionem, quæ fit homini in dormiendo, uisionem uero quæ fit in uigilando, tamen hominem a sensibus abstracto: qui tam in somnio quam in uisione simpliciter determinatur phantasmata uideantur in sono uel in uisione, ut in parte, ut scilicet inheret eis, tamen ueris rebus uel realiter, uel in parte: sed in utraque prophetia, & in aliqua phantasmata uideantur in sono uel in uisione, ut in parte prophetæ illis phantasmata non determinat, sed cognoscit per lumen propheticum ea, que uidentur esse res: sed similitudines aliquid figuratiuas, & earum significationem cognoscit per intelligentiam opus est in uisione, ut dicitur Danielis 10. Et sic patet quod prophetia naturalis media est inter somnium & prophetiam diuinam: unum & somnium dicitur esse pars uel castus prophetiæ naturalis, sicut & prophetia naturalis est quædam deficientis similitudo prophetiæ diuine. Ad primum ergo dicendum, quod in cognitione duo est considerare, scilicet receptionem, & iudicium de receptis. Quantum igitur ad iudicium de receptis, potior est uigilantis cognitio, quam dormientis: quia iudicium uigilantis est liberum: scilicet iudicium dormientis ligatum, ut dicitur in libro de Somno & uigilia. Sed quantum ad receptionem cognitionis dormientis est potior, quia quiescentibus sensibus ab exterioribus motibus feriores impressiones magis recipiunt, siue sint ex substantiis separatis, siue ex corporibus celestibus. Vnde sic potest intelligi quod dicitur Num. 24. de Balaam, qui cecidit dormiendo, & sic aperiantur oculi eius. Ad id, dicendum, quod iudicium non dependet tantum a receptione ipsius: sed ex hoc quod ea de quibus iudicatur, examinantur ad aliquod principium cognitionis: sicut de conclusionibus iudicamus ex principia resolendo. In somno igitur ligatis exterioribus sensibus interiores uires quasi quietate exteriorum sensuum tumultibus magis percipiuntur impressiones factas in intellectu, uel imaginatio-

3. de Tri. c. 8. co. 3.

ex illustratione diuina vel angelica, vel ex virtute celestium corporum aut quorumcumque: sicut tenui flegramate decurrente ad linguam ut dormienti, quod dulcia comedit. sed quia primum principium nostrae cognitionis est sensus, oportet ad sensum quodammodo resolueri omnia de quibus iudicamus. unde Philosophus dicit in 3. Cael. & Meteor. quod complementum artis & naturae est res sensibilis visibilis, ex qua debemus de aliis iudicare, & similiter dicit in 6. Eth. quod sensus sunt extremi sicut intellectus principiorum, extrema appellans illa, in qua fit resolutio iudicantis. quia igitur in somno ligati sunt sensus, non potest esse perfectum iudicium nisi quantum ad aliquod, cum hoc decipiat intendens rerum similitudinibus, tanquam rebus ipsis, quamuis quandoque dormiens cognoscat de aliquibus, quod non sunt res: sed similitudines rerum.

Ad III. Dicendum, quod iudicium intellectus non dependet a sensu hoc modo, quod actus iste intellectus per organum sensibile exercet: indiget autem sicut extremo & ultimo, ad quod resolutio fiat.

Ad IIII. Dicendum, quod quidam posuerunt, quod anima rationalis habet in se vim quandam diuinationis, ut Augustinus dicit 2. super Gen. ad litteram: sed hoc ipse ibidem improbat, quia si esset hoc, in promptu esset ei cui vellet futura praecognoscere, quod patet esse falsum: sicut in responsione dictum est. Non enim propter hoc a sensibus abstracta futura praedicta interdum, quia hoc est secundum naturalem virtutem competat, sed quia per huiusmodi abstractionem efficitur habilior ad percipiendum impressiones illarum causarum, ex quibus potest fieri aliqua praecognitio futurorum.

Ad V. Dicendum, quod in verbis Greg. est accipienda subtilitas animae, quam ponit eam praecognitionis futurorum propria habilitate animae ad recipiendum a substantiis superioribus. non solum secundum ordinem gratiae, prout sanctis ab angelis quodam reuelantur: sed et secundum ordinem naturae, prout inferiores intellectus secundum ordinem naturae nati sunt perfecti a superioribus, & prout corpora humana subdant impressionibus corporum celestium, in quibus est preparatio ad aliquos futuros euentus, quos anima sua subtilitate praevidet per aliquas similitudines, ex impressione corporum celestium in imaginatione relictas.

Ad VI. Dicendum, quod quamuis liberum arbitrium, naturalibus causis non subdatur, tamen ad ea quae lib. arb. aguntur, naturales cause facilitat vel impediunt interdum praesent: sicut potuit in proposito uel pluuia uel nimis aestus tedium facere his, qui portabant funes, ne ad locum destinatum deferrent, quorum praecognitio fieri poterat per corpora caelestia.

Ad VII. Dicendum, quod cum corpora humana corporibus caelestibus subdantur, ex motibus celestium corporum potest accipi significatio, super qualibet dispositione corporis humani. Cum igitur aliqua complexio, vel dispositio humani corporis sit quasi necessitas ad naturalem prophetiam, non est inconueniens, si ex caelestibus corporibus significatio super naturali prophetia accipiat, non autem super prophetia, quae est Spiritus sancti donum.

Ad VIII. Dicendum, quod illi Philosophi qui de prophetia determinauerunt, non potuerunt determinare de prophetia de qua nunc loquimur: sed solum de naturali.

Ad IX. Dicendum, quod illorum trium unum non potest naturaliter animae competere, ut scilicet sit tantae virtutis, quod ei materia exterior subdatur, cum et necipit angelis ad nutum deferuiat materia corpo-

ralis, ut Augustinus dicit. Et sic in hoc non est sustinendum dictum Augustini, vel cuiuslibet alterius philosophi. Ex alijs vero duobus quae tangit obiectio, secundum quod naturaliter homini proueniunt, causatur propheta naturalis, non illa de qua loquimur.

Ad X. Dicendum, quod quamuis per prophetiam naturalem non possunt reuocari, nisi ea quae naturalibus causis subduntur: tamen per prophetiam diuinam possunt non solum alia, sed & ista cognosci.

Ad XI. Dicendum, quod societas hominum secundum ordinatur ad finem uitae aeternae, non potest conservari, nisi per iustitiam fidei, cuius est principium propheta. unde dicitur prou. 27. cum defecerit propheta dissipabitur populus: sed cum hic finis sit supernaturalis, & iustitia ad hunc finem ordinata, & prophetia quae est eius principium, erit supernaturalis. Iustitia vero per quam gubernatur societas humana in ordine ad bonum civile, sufficiens potest haberi per principia naturalia homini indita, & sic non oportet prophetiam esse naturalem.

Ad XII. Dicendum, quod hoc est ex nobilitate hominis, quod in genere humano possit inueniri tam digna perfectio, quae ex nulla causa produci possit, nisi si supernaturalis: talis autem perfectionis creaturae irrationales capaces non sunt. Et ideo non oportet, quod id quod est perfectissimum in genere hominum, virtute naturae acquiratur: sed id tantum quod est perfectissimum secundum statum naturae, non autem quod est perfectissimum secundum statum gratiae.

Ad XIII. Dicendum, quod res aliqua dupl. potest cognosci, scilicet est, & quid est. Quia uero proprietates creaturarum, ex quibus cognitionem accipimus, maxime distant a proprietatibus Dei, inde est quod de Deo cognoscere non possumus quid est: sed ex hoc, quod creaturae dependent a Deo, ex creaturis inspectis cognoscere possumus Deum esse: sed quia praescientia a futuris non dependet, proprietates autem habent similes, ideo ex rebus praesentibus, non possumus scire si aliqua futura sint. Possumus autem scire, si futura sunt, quid uel qualia sint.

Ad XIV. Dicendum, quod Deus magis distat a creaturis quam una creatura ab alia quantum ad modum essendi: non autem quantum ad habitudinem, quae est inter principium essendi, & id quod habet esse ex tali principio. Et ideo per creaturas cognoscimus Deum esse, sed non quid est: e contrario autem est de cognitione futurorum contingentium per praesentia uel praeterita.

Ad XV. Dicendum, quod propheta reducitur ad maximam bonam, cum sit quoddam donum gratuitum. Quamuis enim ea non recte uiuatur, ut immediato principio recte operationis meritorie, tamen tota propheta ad rectitudinem uitae ordinatur. Nec iterum propheta aliquis abutitur, ita quod abusus ipse sit prophetae actus, sicut aliquis abutitur potestate naturali. Qui enim propheta utitur ad quaerendum lucrum uel fauorem hominum, habet quidem actum prophetae bonum, qui est cognoscere multa, & denuntiare: sed abusus huius boni est actus cupiditatis, uel alterius uitii. Abutitur tam aliquis propheta & si non ut principio actus, tamen ut obiecto: sicut est uirtutibus abutuntur qui de eis superbiunt, quamuis uirtutes inter bona maxima computentur.

Ad XVI. Dicendum, quod non dicimus aliquid esse naturale a natura quolibet modo accepta: sed secundum tertiam acceptionem, quam Boetius ibidem ponit, prout scilicet natura est principium motus, & quietis in eo, in quo est per se, & non secundum accidens: alias oporteret dicere omnes actiones, & passionibus, & proprietates

1. de duab. naturis.

11. b. super

66. cap. 1.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

in corp. 21.

prietates esse naturales.

Ad xvii. dicendum, quod communicare bonitatem est Deo naturale, id est naturę eius conueniens, nõ quod ex necessitate naturę communicet, cũ talis communicatio voluntate diuina fiat secundũ ordinem sapientię, quę sua dona distribuit omnib. ordinatę. Creaturę etiam naturale est quod a Deo recipiat bonitatem, non quamlibet; sed eam quę suę naturę debetur, sicut hõ debetur esse ronale, non lapidi aut asino. Vnde si aliqua perfectio diuinitus recipiatur in homine, non oportet quod sit hõ naturalis, quando debitũ humane naturę excedit.

Ad xviii. dicendum, quod in humana natura est potẽtia passiuã ad recipiendum lumẽ propheti cum, non naturalis; sed tantum potentia obedientiã, sicut est in natura corporali ad ea quę mirabiliter fiunt. Vnde non oportet, quod tali potentia passiuã respondeat potentia actiuã naturalis.

Ad xix. dicendum, quod animalia bruta non possunt esse præcia futurorum, nisi illorum quę ex motu cęli dependent, ex cuius impressione mouetur eorum imaginatio ad aliquid agendũ, quod competit significationi futurorum. Et magis talis impressio in brutis habet locum quam in hominibus: quia bruta, ut Damascenus dicit, magis aguntur quam agant, unde impressiones corporum Cęlest. sequuntur totaliter, non autem homo, qui est libere voluntatis, nec ex hoc debet dici brutum præcium futuri, quamuis ex actu eius alicuius futuri significatio accipi possit, quia nõ agit ad significationem futuri, quasi rationem sui operis cognoscens, sed magis ductum ab instinctu naturę.

li. 6. ca. 27.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ad prophetiam habendam requiratur aliqua naturalis dispositio.

q. 173. a. 3

Quarto queritur, utrum ad prophetiam habendam requiratur dispositio naturalis. Et nõ debet quod sic, omnis enim perfectio, quę non recipitur in aliquo, nisi secundum dispositionẽ recipientis, requirit aliquam determinatam dispositionem, sed prophetia est talis perfectio, ut patet per Amos primo. Deus de Syon rugiet, ubi dicit glossa Hier. naturale est, ut omnes, qui uolunt rem rei comparare ex eis rebus sumant cõparationes, quas sunt experti, & in quibus sunt nutriti. uerbi gratia, nauis suos inimicos comparant uẽris, damnum naufragio, sicut pastores timorem suum rugitui leonis assimilant, inimicos dicunt leones, uiros, lupos, & sic iste, qui fuit pastor pecorum, timorem Dei rugitui leonis assimilat. ergo prophetia aliquam determinatam præexigit dispositionem in natura humana.

In princ. ex positionis sue: i Amos to m. 6.

¶ 2 Prę. Ad prophetiam requiritur bonitas imaginationis, cum etiam per uisionem imaginariam prophetia fiat, sed ad bonitatem imaginatiuę uirtutis requiritur bona dispositio & complexio organi, ergo ad prophetiam præexigitur dispositio naturalis.

¶ 3 Prę. Impedimentum naturale est fortius, quã id quod accidentaliter superuenit: sed aliqua passiones accidentaliter superuenientes impediunt prophetiam, unde dicit Hier. super Mat. h. Tempore illo quo conjugales actus geruntur, præsentia spiritus sancti non dabitur, etiam si propheta esse uideatur, qui officio generationis obsequitur, nec hoc est propter culpam: quia actus matrimonialis culpa caret: sed pp concupiscentię passionẽ annexã, ergo multo fortius in dispositio naturalis complexio impedit aliquem ne possit fieri propheta.

ad gẽrmatiã de monogamia refertur 32. q. ca. con nubia.

¶ 4 Prę. Natura Ordinatur ad gratiam, sicut gratia ad gloriam: sed gloria præexigit gratię perfectionem in eo qui debet ad gloriam peruenire, ergo & prophetia, & alia dona gratuita præexigunt naturalem dispositionem.

¶ 5 Prę. Speculatio pphetiã est altior, q̄ scientiã acquiritur: sed speculatio sciã acquiritur per indistinctiõnem naturalis complexiois imo editur, cum quidam sint ita indistincti ex naturali cõplexione, quod uix aut numquam ad sciã acquirẽdas progere possint, ergo multo fortius in dispositio naturali cõplexiois speculatiõne prophetiã implet.

¶ 6 Prę. Quia a Deo sunt, ordinata sunt ut dicit Ro. 13. sed donum prophetiã est a Deo, ergo ordinatę ab eo distribuit; sed non esset ordinata distributio si daretur ei, nõ est ad eam habendam dispositio, ergo prophetia præexigit naturalem dispositionem.

SED CONTRA. Illud quod dependet ex solo arbitrio dantis, non præexigit aliquã dispositionem recipienti; sed pphetia est lumẽ, ut patet per hoc quod 1. Cor. 13. enarrata prophetia & aliis Spiritus sancti donis subiungitur, hæc oĩa operatur uisus & c. & Ioan. 3. dicitur, Spiritus ubi uult spirat.

¶ 2 Prę. 1. Corin. 1. dicit Apostolus. Quia infirma sunt mundi, elegit Deus, ut confundat fortia. Et ea quę non sunt, ut ea quę sunt, destruat, ergo dona Spiritus sancti non præexigunt de necessitate aliquam dispositionem in subiecto.

¶ 3 Prę. Greg. dicit in Homil. Penth. Implet Spiritus sanctus cytharedum puerum & prophetam facit, implet pastorem armatarum, licet moros uelicitatem & prophetam facit, ergo donũ prophetiã nõ pexigit aliquam dispositionem in illo cui datur: sed ex sola diuina uoluntate dependet eius collatio.

RESPON. Dicendum, quod in prophetia est duo considerare, ipsũ prophetiã donum, & huiusmodi doni iã percepti uelut. Ipsum igitur prophetiã donum supra facultatem hominis existens a Deo datur, non uirtute alicuius causę creatę: quia prophetia naturalis ex uirtute alicuius causę creatę efficiatur in nobis, ut dictum est hoc autem dicitur inter operationem creaturę, & operationem diuinam, quod quia Deus sua operatione non solum formam, sed etiam materiam producit, non quę exigitur operatio, sicut nec materiam, ita nec materiam dispositionem ad effectum perniciẽdam, nec tamen formam sine materia, aut sine dispositione facit: sed simul potest materiam & formã dare unica operatione: uel et materiam quantũque indistinctam ad debitam dispositionem reducere, quę competit perfectioni, quam inducit: licet patet in suscitacione mortui. Corpus mortuum est oĩno indistinctum ad animam recipientem, & tũ unico diuino ope & corpus animam & dispositionem ad animam recipit: sed ad operationem creaturę pexigitur & materia & materię dispositio non. nõ potest uirtus creatã ex quolibet quo libet dante. patet ergo quod prophetia naturalis præexigit dispositionem debitam naturalem cõplexiois scilicet prophetiã, q̄ est Spiritus sancti donũ, nõ exigit eam exigit tũ quod simul cũ dono prophetiã datur: est dispositio naturalis, q̄ fit ad prophetiam conueniens. Vltus autem prophetiã cuiuslibet est in potestate prophetę, & in hoc dicitur 1. Cor. 14. Spiritus potest seipsum impedire, & ad debitum prophetiã uelut de necessitate dispositio debita requiritur, cum pphetiã usus ex uirtute pphetę creatã procedat. Vñ & determinatam dispositionem pexigit.

li. 6. ca. 27.

K